Confirmatur thesis I ex reliqua Christi cum Petro agendi ratione (120 sq), scil. 1. ex mutatione nominis (120); — 2. ex Christi singularibus pro Petro precibus Lc 22, 32. Quo loco confirmator in gravissimis periculis constitutus Petrus solus fratrum omnium (121—125; nota de voce ἐπιστρέψας 125—129); confirmatoris autem manus iurisdictionem requirit (129—132). Refelluntur quae obiciuntur (132—133).

Confirmatur thesis II ex Petri ipsius ceterorumque apostolorum agendi ratione (133 sq). Quamquam enim 1. si Petrus usus non esset primatu, nihil contra catholicos sequeretur (133), tamen 2. et Petrum exercuisse primatum et apostolos eius primatum agnoscisse, arguunt et actus apostolorum (134) et evangelistae, cum loco magis honorifico Petrum ponunt in catalogis apostolorum et alibi (134—139). — Nec obici possunt 1. quaedam facta, scil. quod Petrus „mittatur“ vel „rationem reddat“, aliaque (139—141); — 2. quaedam S. Pauli effata (Gal 2, 9. 1 Cor 12, 28. Eph 4, 11. 1 Cor 3, 11. 2 Cor 11, 5; 12, 11) (141—144). — De S. Iacobi primatu (144—145; cf. 796).

Confirmatur thesis III antiquitatis testimonio (145 sq). Nam

1. super ipsum Petrum Ecclesiam aedificatam esse testantur scriptores graeci (145—149), syri et orthodoxi et nestoriani atque armeni (149—152), scriptores latini (152—154). Consentient liturgiae orientales (154—156) atque ipsi ethnici scriptores (156—157). — De SS. Patrum interpretatione petram ipsum Christum vel fidem intelligentium (157 sq), et imprimis 1. de S. Augustino, Theodoreto, Cyrillo, variisque mediis aevi scriptoribus (158—165); 2. de Patribus, qui petram fidem esse Petri dicunt (165—169).
2. Claves Petro cum suprema potestate ligandi et solvendi traditas esse docent Graeci, Syri, Copti, Latini (169—175). Etiam alios apostolos claves habere quo sensu dicant Patres (175). Quo sensu Petro tamquam figuram Ecclesiae gerenti datae sint claves, ubi iterum de S. Augustino (175—177).
3. Petro supremam pascendi potestatem traditam esse affirmant Graeci. Syri et Armeni, Latini (178—182). — De Isidori et Cyrilli Alex. sententia (182).
4. Patres vocant Petrum caput apostolorum, novum Moysen, totius Ecclesiae rectorem (182—186).

Obiciunt eos Patres, quos aequalitatem apostolorum docere affirmant: I. de Cypriani et eius sequacium sententia (186—191; cf. 653—658); — II. de Origene (191—193); — III. de posterioris aetatis Patribus

(193—198); — IV. de Andreae, Iacobi etc. cum Petro aequalitate (198—202). Quo sensu praecipue Paulus Petro aequetur (202—209). *Scholion.* De munere propheticō, quod statuit Rothe (209—212).

Articulus II.

De institutione Ecclesiae Christi.

§ 5. <i>Praenotanda.</i> Quid sit vi vocis ecclesia, quid societas	212
§ 6. Christus Ecclesiam instituit	218

Thesis IV. Itaque Christus ipse Ecclesiam universalem, i. e. religiosam societatem propriam ac vere et presse intellectam pro omnibus hominibus, eamque perfectam atque unicam instituit

Prob. thesis pars I: Christus instituit societatem religiosam, universalem, distinctam, veram. Instituit enim talis societatis

1. elementum materiale (218—219);
2. elementum formale, i. e. a) doctrinam, b) cultum, qui Io 4, 23 non vetatur, c) finem, d) auctoritatem; e) distincta haec societas erat a synagoga (219—224).

Confirmantur haec 1. ex eo, quod Christus Ecclesiam comparat ovili, domui etc.; — 2. ex apostolorum agendi ratione; — 3. ex subsequentium temporum historia; — 4. rationibus congruis (224—227).

Prob. thesis pars II: Christus instituit societatem perfectam (227 sq.). Quod patet

1. ex intrinseca Ecclesiae prae aliis societatibus perfectione (227—229);
2. ex eius universalitate (229);
3. ex eo quod solis suis viribus finem suum obtinere potest (229—231);
4. ex obiectionum inanitate, scil. Ecclesiam non habere territorium et esse „statum in statu“, arrogare sibi iura potestatis civilis etc. (231—235).

Prob. thesis pars III: Christus instituit societatem unicam (235 sq.). Quod ostenditur ex uno Ecclesiae regimine et magisterio, ex Christi et S. Pauli verbis, et confirmatur variis rationibus (235—237).

Corollaria I—V. Ecclesia est opus divinum; quomodo definiatur; ea est eadem cum religione Christi; innititur S. Scripturae; habet ius bona temporalia possidendi (237—238).

Caput II.

De proprietatibus Ecclesiae Christi.

§ 7. <i>Praenotanda.</i> Quid sit proprietas	238
§ 8. De inaequalitate Ecclesiae	241

Thesis V. Ecclesia Christi est iure divino societas inaequalis ratione tam magisterii quam imperii, sive ex ordinatione ipsius Christi potestas illa utraque non est omnibus Ecclesiae membris propria et communis

Quid sit societas inaequalis, qui adversarii thesis (241—244).

Prob. thesis. Apostoli a solo Christo acceperunt

1. potestatem magisterii (244—245);
2. potestatem imperii, id quod valet a) de potestate omnium apostolorum (245—247); b) de potestate primatus (248—250). Quid velit S. Augustinus, cum Petrum in figura Ecclesiae claves accepisse dicit (250—253). De aliis adversariorum obiectionibus (253—256).

	Pag.
§ 9. De libertate Ecclesiae	256
Thesis VI. Christus Ecclesiam suam in colenda, conservanda, propaganda religione omnino liberam sive nulli civili potestati subiectam instituit	256
<i>Prob. thesis pars I: Ecclesia in colenda Christi religione libera est, nam</i> 1. libera sunt eius regimen et magisterium (257—258); 2. fideles in profitenda religione nulli civili potestati obnoxii sunt (258—259).	
<i>Prob. thesis pars II: Ecclesia in conservanda Christi religione libera est (259).</i>	
<i>Prob. thesis pars III: Ecclesia in praedicanda et propaganda religione libera est (259—260).</i>	
<i>Corollaria (260—261).</i>	
§ 10. De necessitate Ecclesiae ad salutem	261
Thesis VII. Ecclesia e Christi voluntate est omnibus hominibus via ordinaria ad salutem aeternam necessaria, ita ut, qui gravi sua culpa extra illam vivit ac moritur, eam salutem obtinere non possit	261
Non quaeritur <i>quis</i> , sed <i>per quid</i> quis salutem consequatur (261—264).	
<i>Probatur thesis 1. positive</i> a) ex generali voluntate Christi, religionem suam praescribentis; b) ex Io 3, 5, Mt 18, 17 etc.; c) in sola Ecclesia posita sunt salutis adiumenta; d) ex S. Paulo (264—266). — <i>Confirmatur ex persuasione a) veterum Patrum; b) posteriorum temporum et ipsorum protestantium (266—269).</i>	
<i>Prob. thesis 2. negative solutione obiectionum. Non enim evertitur thesis loco Mt 5, 3 sqq; nec doctrina nimis dura aut „intolerans“ ea traditur; nec ex ea vim esse inferendam infidelibus efficitur (269—273).</i>	
§ 11. De perpetuitate et immutabilitate Ecclesiae	274
Thesis VIII. Ecclesia e Christi voluntate non solum in perpetuum permansura, sed etiam immutabilis est ratione tum Petri primatus et totius regiminis sacri, ita ut sacer principatus semper in ea existat, numquam vero penes fidelium multitudinem vel principes civiles sit, tum infallibilitatis et ipsis quidem in sacro regimine apostolorum legitimis successoribus in perpetuum concessae. Unde efficitur, ut etiam ratione fidei et doctrinae Ecclesia sit immutabilis	274
Quid intelligantur perpetuitas et immutabilitas et quomodo differant. Thesis quam necessaria et quomodo probanda? Excludaturne omnis progressus et evolutio doctrinalis? Adversarii thesis (274—278).	
<i>Prob. thesis pars I: Ecclesia est perpetua (278—281).</i>	
<i>Prob. thesis pars II: Ecclesia est immutabilis</i>	
A. quoad Petri primatum (281—286).	
B. Ecclesia est immutabilis quoad regimen sacrum apostolis commissum. Scil.	
1. hoc regimen perpetuo erat continuandum (287 sqq) a) ex Christi voluntate, quam secuti b)—d) apostoli adiutores sibi constituebant, nec umquam futuro tempore pastores Ecclesiae non debere existere significabant (287—290); e) antiquissimi Patres episcopos (ex voluntate apostolorum) semper fuisse testantur (290—295).	
<i>Nota. Quomodo rationalistae (et modernistae) originem ecclesiasticae potestatis explicit. Qui frustra ostendere conantur: I. Christum numquam cogitasse de instituenda ecclesiastica potestate vel de condenda Ecclesia (295—301); — II. apo-</i>	

- 358
- stolos vera potestate (iurisdictionis) instructos non fuisse (301—302); — III. inter primos christianos talem potestatem non fuisse agnitam (302—306). — IV. De singulis rationalistarum systematis, originem „monarchici episcopatus“ descriptibus (306—308).
2. Ita continuandum erat hoc regimen, ut id numquam esset
- apud populum, cuius iura deinceps episcopi sibi usurpassent (308—309). Populi in electione praepositorum antiquo tempore suffragium eius ius divinum non probat (309—311). Nec seniores in Novo Testamento personam multitudinis gerebant (312).
 - Nec apud principes civiles Ecclesiae regimen est (312 sq). De hac re antiquitatis christiana et ipsorum imperatorum sententia (313—317).
- C. Ecclesia est immutabilis quoad infallibilitatem (318 sq). Quam
- semper exstituram esse in Ecclesia probatur a) ex Mt 28, 20 (318); b) ex Mt 16, 18; eo loco quid significant verba „non praevalebunt“, quid „portae inferi“ (318—324). Ecclesia errans superata esset ab infero (324—326); c) ex 1 Tim 3, 14, quo effato agitur de universalis ecclesia (327), quae dicitur columna et firmamentum veritatis (327—330), in perpetuum eam fulcens (330—331). Haec autem nomina includunt infallibilitatem (332—334). d) Idem ostenditur ex eo, quod Ecclesia semper divina et vera manet (334—335). — *Confirmatur* idem variis rationibus (336—337) et imprimis ex testimonio antiquitatis (337—341). — *Solvuntur* quae obiciuntur (342 sq): α) S. Paulum infallibilitatem ignorasse (Act 20, 26 sq) (342—344); β) synagogam fallibilem fuisse (344 sq); γ) apostolos non provocasse ad donum infallibilitatis (345 sq); δ) infallibilitatem nocivam esse auctoritati S. Scripturae, religionis existimationi, scientificae cognitioni etc. (346 sq); ε) controversias de religione ortas ostendere, infallibilitatem agnitarum non fuisse (347); ζ) statui humanae vitae convenire non posse infallibilitatem (347 sq).
 - Infallibilitas Ecclesiae nou est principum christianorum nec multitudinis (348—350).
- D. Ecclesia immutabilis est quoad formam internam, i. e. fidem (350 sq). Nam Ecclesia doctrinae fidei 1. nullam partem potest reicere (350—351); 2. nullam falso explicare (351); 3. nullam omnino novam addere (351—354). — *Confirmantur* quae dicta sunt, doctrina et praxi Ecclesiae (354—355) et solutione obiectorum (356—358).
- § 12. *Consectaria, quae ex iis, quae hactenus de Christi Ecclesia diximus, consequuntur*
- Revelatio non est spiritui privato permissa, quem iudicem revelationis esse non demonstratur locis 1 Io 4, 1; 1 Thess 5, 21; Col 2, 18; 1 Io 2, 20; Io 6, 45; Ier 31, 31; Mt 23, 8; 2 Cor 1, 23; 1 Cor 2, 15 (358—366).
 - Divino ex iure distinguenda est ecclesia docens et discens (366—367).
 - Post apostolorum praedicationem revelatio divina conclusa est, ita ut in Ecclesia sola inveniatur a) et b) revelatio et religio Christi (367); c)—e) authentica revelationis et S. Scripturae

interpretatio; iudicium de authentia librorum S. Scripturae; approbatio versionum S. Scripturae (367—368). f) Revelatio vero privata divina fide universim credi non potest (369); g) Ecclesia est fidei iudex et interpres (369); h) debet se infallibilem publice praedicare (369—370).	
4. Semper Ecclesia erit societas perfecta, libera, inaequalis, necessaria (370). Ergo a) semper omnibus incumbit officium inquirendi, ubi sit vera Ecclesia (370). b) Ecclesiae repugnat regimen democraticum, sistema territoriale et collegiale (370—371). c) Oboedientia Ecclesiae debetur (371). d) Nulla legitima ratio est schismatis vel haeresis facienda (371—374). e) Ecclesia universaliter neque umquam corrumpitur neque perfectior ecclesia condetur (375). f) Petrus in successoribus vivit (375). g) Variatio dogmatica repugnat (375—376).	
5. Ex voluntate divina existunt successores Petri et apostolorum (376—377).	
§ 13. De apostolicitate Ecclesiae	378
Thesis IX. Ecclesia Christi fuit estque necessario semper apostolica origine, doctrina, successione et missione tum ratione regiminis sacri generatim et speciatim primatus, tum ratione infallibilis magisterii	378
Origo immediate vel mediate apostolica; centrum apostolicitatis Petrus; doctrina apostolicitas facti et iuris; successio apostolica formalis et materialis (378—381).	
<i>Prob. thesis.</i> Apostolicitas Ecclesiae necessaria est ratione 1. originis (381—382), 2. doctrinae (383), 3. successionis et missionis (383—385).	
<i>Coroll. I.</i> Ubi est apostolicitas successionis, ibi semper est etiam apostolicitas originis et doctrinae (385—387). — <i>Coroll. II.</i> Missio divina extraordinaria ad reformandam Ecclesiam nec fiet, nec, si fieret, ut divina cognosci posset (387—390). — <i>Coroll. III.</i> Omnis doctrina christiana in apostolica praedicatione saltem implicite continetur. Quomodo indirecte origo haec apostolica ostendatur praescriptionis argumento (390—398).	
§ 14. De unitate Ecclesiae	398
Thesis X. Ecclesia Christi necessario quoque est semper una: primum unitate regiminis in eo sita, ut omnes Christi fideles in rebus religionis uni a Christo instituto sacro regimini oboediant, et ita quidem, ut simplices fideles immediatis suis legitimis praepositis et una cum istis totius Ecclesiae primati sint subiecti; deinde unitate verae doctrinae et fidei tanta, ut singuli et universi Christi fideles semper dogmata fide sincera et explicita credant, quae infallibile magisterium distincte credenda iis umquam proponat; tum unitate et necessariae mutuae communionis et essentialis cultus divini	398
Intelligitur unitas iuris, non solum facti, formalis non materialis. Adversariorum articuli fundamentales. Puseyitarum de unitate Ecclesiae doctrina (398—403).	
<i>Prob. thesis.</i> 1. Ecclesia una est unitate regiminis (403—404).	
2. Ecclesia una est unitate fidei et doctrinae (404 sq): unitas enim haec consequitur unitatem regiminis. — <i>Confirmatur idem</i> a) ex Paulo apostolo, b) ex testimonio antiquitatis christiana (404—407). — <i>Obiciunt</i> (407 sq): a) synagogae imperfectam unitatem (407); b) aevi apostolici tolerantiam dogmaticam (407—412); c) haeresim non magis ab Ecclesia excludere quam alia peccata gravia (412); d)—g) existere non posse perfectam fidei unitatem; unum esse baptismum	

Ecclesiae et haereticorum; fidei unitatem exigere tyrannorum esse; ex varietate oriri pulchritudinem (413—414); h) docent, sufficere unitatem quoad articulos fundamentales (415 sq). Quae tamen doctrina a) in S. Scriptura fundata non est, sed ea excluditur (415—417); β ante saec. XVI inaudita erat (417); γ nulla regula statui potest, qua fundamentales articuli ab aliis secernantur (417—422); δ) necessario ea distinctio dissensionum parens est ac ε) revelationi iniuriosa (422—423).	
3. Ecclesia est una unitate mutuae communionis (423 sq). Haec enim unitas a) ex supra expositis sequitur; b) a societate perfecta abesse non potest (423—424); c) Christus eam Ecclesiae impetravit Io 17 (424—426); d) Paulus apostolus eam saepe commendat (426—427). Item antiquitas christiana (427—429).	
4. Ecclesia est una unitate cultus divini essentialis (429—430).	
<i>Coroll. I.</i> Ecclesiae Christi haec unitas essentialis est (430). — <i>Coroll. II.</i> Unitatis centrum sunt Petri successores (430). — <i>Coroll. III.</i> Haeretici non sunt in Ecclesia; antiquitatis christiana hac de re iudicium (430—432). — <i>Coroll. IV.</i> Communio nominis non efficit unitatem (432). — <i>Coroll. V.</i> De Puseyitarum sententia (432). — <i>Coroll. VI.</i> De ecclesia „nationali“ (433).	
§ 15. De catholicitate Ecclesiae	433
Thesis XI. Ecclesia Christi essentialiter catholica est catholicitate loci et fidelium numeri formali perpetua, morali atque simultanea, tum iure tum pro temporum ratione etiam re sive facto; ea autem non solum absoluta, sed probabiliter saltem ita relativa esse debet, ut nulla christianorum secta extensione et asseclarum numero eam diutius superare possit	433
Catholicitas loci magnum fidelium numerum includit (433—434). De catholicitate iuris et facti, simultanea et successiva, physica et morali; quaenam catholicitas Ecclesiae semper conveniat (435—437). De catholicitate absoluta et relativa; de Ecclesiae initiis et extremis temporibus (437—440). De catholicitate materiali et formali (440). Quas impugnemus sententias (441—442).	
<i>Prob. thesis pars I:</i> catholicitatem Ecclesiae iure competere. Ecclesia enim	
1. mandatum accepit ita sese propagandi, ut evaderet a) catholicica catholicitate absoluta (442—443); b) absoluta simultanea (443—445); c) relativa (445—447); d) perpetua (447);	
2. mandati huius exsequendi absunt ab Ecclesia obstacula impedientia, adsunt in ea vires et efficacia (447—449).	
<i>Prob. thesis pars II:</i> catholicitatem Ecclesiae facto competere (449 sq).	
Id sequitur	
1. ex catholicitate iuris iam demonstrata (449—450);	
2. ex testimonio antiquitatis christiana (450—454).	
§ 16. De sanctitate Ecclesiae	455
Thesis XIII. Ecclesia Christi essentialiter sancta est, et multiplici quidem modo, imprimis tamen vi efficaci producendi in nonnullis certe suis fidelibus sanctitatem vere eximiam, necon dono miraculorum	455
Quid sit sanctitas et quo sensu hic sumatur (455—458).	
<i>Prob. thesis pars I:</i> Ecclesiam sanctam esse sanctitate generatim spectata (458—459).	
<i>Prob. thesis pars II:</i> Ecclesiam sanctam esse sanctitate speciatim accepta (459 sq), scil.	

1.—7. ratione institutionis, auctoris, essentiae, doctrinae et regiminis, finis, subsidiorum, vitae (459—461), imprimis vero	
8. in quantum eximiae sanctitatis in nonnullis efficiendae capax esse debet (461 sqq), id quod patet a) ex fine Ecclesiae, quae est sanctificatio hominum, et efficaci Christi promisso (461—467); b) ex eo quod Christi missionem Ecclesia continuat. c) Quod confirmatur variis rationibus (467—469);	
9. ratione doni miraculorum (469—473).	
<i>Coroll. I—II.</i> Coetus, qui non est sanctus, non est Ecclesia Christi. Plerumque Deus miracula nec per infideles nec per impios patrabit (473—474).	
§ 17. De visibilitate Ecclesiae	474
Thesis XIII. Ecclesia e Christi institutione ut vera ipsius Ecclesia essentialiter visibilis est, et ita quidem, ut facile ac certo oculo talis cognosci et discerni omni tempore possit	474
Quomodo differant visibilitas et cognoscibilitas; quid sit visibilitas materialis et formalis, sensu stricto et lato (474—476). Agitur praecipue de visibilitate formae constitutivae Ecclesiae (476—478). Protestantium de visibilitate Ecclesiae sententiae (478—481).	
<i>Prob. thesis pars I:</i> Ecclesia visibilis est. Visibilia enim sunt 1. Ecclesiae elementa formalia (482—483); 2. eius elementum materiale, cuius visibilitas non eo impeditur, quod peccatores sunt in Ecclesia (483 ad 487). — <i>Confirmatur</i> 1. Christi et apostolorum doctrina, ex qua nihil in contrarium afferri potest (487—490); 2. testimonio christiana antiquitatis (490—491); 3. omnium christianorum agendi ratione (492).	
Possitne credi visibilis Ecclesia (492—493).	
<i>Prob. thesis pars II:</i> Ecclesiam facile cognoscibilem esse (493—494).	
<i>Coroll. I.</i> Non est duplex Ecclesia (494). — <i>Coroll. II.</i> Ecclesia, quae est invisibilis, non est Christi Ecclesia (494). — <i>Coroll. III.</i> Sancti non faciunt Ecclesiam, sed flunt ab ea (494). — <i>Coroll. IV.</i> Ecclesia Christi insignita est notis, quibus cognoscatur (494—495).	

Caput III.

De notis Ecclesiae Christi.

§ 18. Praenotanda	495
Articulus I.	
De notarum Ecclesiae notione et numero.	
§ 19. De earundem notione	496
§ 20. Quot et quanam sint notae	500
<i>Praenotanda</i>	500
Thesis XIV. Nec pura verbi divini praedicatio protestantium sensu intellecta nec legitima sacramentorum administratio sunt verae notae Ecclesiae Christi	502
<i>Prob. thesis.</i> Hae enim, quae dicuntur notae	
1. Ecclesiae veritatem non manifestant (503);	
2. arbitrarie statuuntur (504—505);	
3. non habent ea, quae notis convenire debent (506—509).	

Thesis XV. Verae notae Ecclesiae Christi sunt ipsae eius proprietates apostolicitatis, unitatis, catholicitatis, sanctitatis, quatenus externo ac visibili modo sese manifestant	509
---	-----

Prob. thesis. Omnia insunt illis notis, quae ad notarum essentiam requiruntur. Sunt enim 1. visibles (509—512); 2. notiores Ecclesia (512—513); 3. Ecclesiae essentiales (513); 4. Ecclesiae propriae (513—516); 5. definitae et circumscriptae (517); 6. certae, ita ut positive aut negative Ecclesiam ostendant (517—519); 7. etiam rudibus cognoscibilem Ecclesiam reddunt (519—522).

Coroll. I. Omnes Ecclesiae notae clucere necesse est, ubi sunt 1. verum regnum sacram, 2. Petri primatus, 3. Petri successor (522—523). — *Coroll. II.* Apostolicitas est nota Ecclesiae primaria (523—524). — *Coroll. III.* Quamnam certitudinem gignant notae (524—525). — *Coroll. IV.* Utrum possit ex Scriptura Ecclesia demonstrari ac dein ex Ecclesia Scriptura (525).

Articulus II.

Applicatio notarum Ecclesiae.

§ 21. <i>Praenotanda</i>	525
§ 22. <i>Applicatio notae apostolicitatis</i>	526

Thesis XVI. Apostolicitas nota Ecclesiae romano-catholicae omnino competit	526
---	-----

Cardo rei est in probanda apostolica successione Romani Pontificis, ad quam probandam sitne necesse demonstrare Romanum Petri episcopatum (526—529). Adversariorum sententiae (529—532).

Prob. thesis pars I: Apostolica est Ecclesia romano-catholica respectu regiminis (532 sqq.). Nam caput ac fundamentum totius regiminis, R. Pontifex, apostolorum principis successor est iure divino. Ergo Ecclesia romano-catholica est apostolica.

DEMONSTRATUR ANTECEDENS tribus argumentis, quorum ultimum hoc est: S. Petrus usque ad mortem Romae episcopus fuit. Atqui succedendo in Petri episcopatum episcopi Romani successerunt in primatum. Ergo *Prob. maioris pars prima:* S. Petrum Romae fuisse. Quod testantur 1. ipse S. Petrus I Petr 5, 13 (533—538), de quo loco quid sentiat ecclesia Syriaca (538—541); 2. Patres a) saec. I et II: Clemens Rom. (541—545), Ignatius (545—547), Dionysius Al. (547—549), Irenaeus (550—553), Clemens Al. (553); b) saec. III: Tertullianus (553—555), auctor Philosophumenum (555—556), Caius (556—560), Origenes (560); c) saec. IV: Petrus Alex. (560), Chrysostomus (560—561); d) orientales: Syri (561—562); Armeni (562—563). — *Solvuntur quae obiciuntur* I. ex Actuum apostolorum silentio et ex Act c. 28 (563 ad 565); II. ex S. Pauli silentio in epistola ad Rom. et in epistulis in ipsa Urbe scriptis (565—569); III. ex Gal 2, 7 (569—570); IV. ex Mt 23, 34 (570); V. ex inhumano modo crucifixionis Petri (571). VI. Obiectiones Tubingensis (571—574).

Prob. maioris pars secunda: S. Petrum Romae episcopum fuisse (574 sqq.). Quod ostenditur 1. testimoniosis saec. IV (574—578); 2. testimoniis priorum trium saeculorum (578—580). — *Solvuntur quae obiciuntur* (581 ad 586).

Prob. maioris pars tertia: S. Petrum episcopum Romanum Romae mortuum esse (587 sqq.). Quod probatur 1.—2. ex silentio et ex testimonio

antiquitatis (587—588); 3. ex apostolorum sepulcris Romanis (588—589);
 4. ex consensu reliquarum ecclesiarum generatim (590) et speciatim
 orientalium (591—592). — *Obicitur*, Petrum in Aegypto sepultum esse
 (592—594).

Confirmatur maior praescriptionis argumento (594—598).

Prob. minor A. ex iure successionis (599—600); B. ex historia; scil.

I. *historia testatur triplex hoc factum:*

1. ascripsisse sibi semper primatum R. Pontifices, scil. Clemens, Victorem, Callistum, Stephanum, Dionysium (601—604); Iulium, Siricium, Innocentium etc. (604—612); Leonem M., Simplicium, Felicem (612—616); Gelasium etc. (617—621); Gregorium M. (621—626);
2. agnovisse semper hunc primatum Ecclesiam, quod ostenditur
 - a) testimoniis Ignatii (626—630), Irenaei (630—653), Cypriani (653—677), Aureliani imp. et Amm. Marcellini (677 ad 678), Optati, Hilarii, Nazianzeni, Ambrosii, Marcelli Anc. (678—680), Hieronymi (680—684), Augustini (684—685), aliorum auctorum saec. V et VI (686—689). — Quid de Rom. primatu senserint orientis populi (689—692) et posteriorum temporum Graeci, Syri (Theod. Abu-Kurra), Latini (693—697);
 - b) testimoniis conciliorum oecumenicorum: Ephesini, Chalcedonensis etc. (697—701), Lateranensis IV, Lugdunensis II (701), Constantiensis (702), ubi in nota de lectione „quemadmodum etiam“ (702—705), Tridentini, Vaticani (703—706). Quorum testimoniorum vis non frangitur can. 6 concilii Nicaeni (706—708). — De conciliis particularibus usque ad Lateranense anni 649 (708—709);
 - c) ex eo quod exercuerunt semper primatum R. Pontifices Ecclesia non contradicente (709 sqq). Quod probatur
 - a) ex agnita R. Pontificum in concilia etiam generalia potestate. Fuit enim α' lex conciliorum, ut ea sine R. Pontifice invalida essent (709—712); β' historia canonis 28 Chalcedonensis haec lex comprobatur (712—714) et γ' sententiis ipsorum R. Pontificum ab Ecclesia non reiectis illustratur (715—716). Hac autem lege admissa sequitur, R. Pontifici competere ius concilia 1. convocandi (716—717), 2. ea confirmandi (718—719), 3. iis praesidendi (719—732);
 - β) ex agnita potestate episcopos confirmandi (733—738), eos loco movendi (738—740), eos restituendi (740—741);
 - γ) ex agnita potestate vicarios iurisdictione instructos sibi constituendi, v. g. α' Constantinopoli (741—744), β' Thessalonicae (744—751);
 - δ) ex agnita potestate appellations episcoporum iudicandi. Quae potestas agnoscebatur iam ante concilium Sardicense (751—758), ab ipso illo concilio (758—764), post illud concilium (765 sqq): appellatio Chrysostomi (765 ad 768), Coelestii, nestorianorum, Eutychis (768—769), Flaviani, Eusebii Dorylaei, Theodoreti (770—775), Adriani Thebæi (775). — *Satisfit objectionibus*, ubi de Apiario et appellationalibus Africanis (776—778);
 - ε) ex agnita potestate dispensandi a legibus ecclesiasticis (779);

ζ) ex agnita necessitate communionis cum Romana sede, quam α') diserte fatentur Patres (779—781), β') agnoscunt haeretici (781), γ') libri liturgici (781), δ') imperatores (782). — *Obiciunt*, Meletium Antiochenum verum episcopum habitum esse, licet R. Pontifices eum non agnoverint (782—783); atque alias ecclesias orthodoxas numquam cum Romanis communicasse, scil. armenam (783—785), persicam (785), aethiopicam (786), celticam vel culdaicam (786—790), franco-gallicam saec. VI (790 ad 791). — *Confirmatur* necessitas communicationis cum R. Pontifice (791—792).

Obiciunt primatum R. Pontificis ortum ducere ex scriptis pseudo-clementinis (792—793); in controversia de Paulo Samosatensi episcopos non curasse R. Pontificem (794—795); historiam concilii Arelatensis (a. 316) evertere doctrinam catholicam de primatu Romano (795—796); S. Iacobi successores fuisse primates Ecclesiae (796).

3. Et R. Pontifices primatum sibi adjudicarunt et Ecclesia eum agnovit proper ius eius divinum (796 sqq). Quod probatur a) argumento negativo: numquam enim primatus repetitur a causa mere humana aut ecclesiastica (796—801); — b) argumento positivo: ex iure enim divino repelunt primatum α) R. Pontifices (802—803), β) Patres (803—805).

II. *Triplex hoc factum locum habere non potuit*, nisi R. Pontifex iure divino obiective spectato revera Petri in primatu successor esset (805 sqq). Quod patet 1. argumento praescriptionis (805—809); — 2. nulla earum causarum mere humanarum, quas adversarii afferunt, vere explicat ortum Romani primatus, scil. nec lex aliqua, nec gratia imperatorum, nec dignitas civilis urbis Romae, nec dominandi cupiditas R. Pontificum, nec historica necessitas, nec primatus moralis necessitas, nec systemata a modernis rationalistis excogitata (809—817).

DEMONSTRATUR CONSEQUENS. Ecclesia quae R. Pontifici ceu primati obbedit, est apostolica 1. ratione primatus (817). — *Nec obstat* a) incertitudo quoad ordinem, quo sibi successerint Linus, Cletus, Clemens; b) quod aliqui R. Pontifices mali fuerint; nec c) schisma a. 1378—1417, nec narratio de papissa Ioanna (818—819); — 2. ratione regiminis episcoporum (819—821).

Prob. thesis pars II: apostolica est Ecclesia romano-catholica ratione originis (821).

Prob. thesis pars III: apostolica est Ecclesia romano-catholica ratione doctrinae ac fidei tum iuris tum facti.

1. Pollet ea hac apostolicitate ratione iuris, quod sequitur a) ex iis quae diximus (822); b) ex ipsa Ecclesiae de sua infallibilitate persuasione, nam Ecclesia infallibilitatem semper sibi ascrispsit (822—823), ergo ea pollet; nam α) sola haec Ecclesia sibi vindicat (824—825); β) summe sibi necessariam esse iudicat (825—826); γ) quam maxime secure sibi vindicat (826—827); δ) Deus Ecclesiae huic eam sibi vindicanti assentitur (827—830).

Solvuntur obieciones: a) in Galileo condemnando Ecclesia erravit (831 sqq); at α) haec condemnatio ut infallibilis in Ecclesia non habebatur (831—838); β) cur ea infallibilis magisterii sententia non sit (838—842); b) Ecclesia erravit contractum fenebrem ve-

tando (842—845); c) inconstans ea fuit in doctrina de intentione in administrandis sacramentis necessaria (845—847); d) erravit non reprobando nec sagarum et magorum supplicia, nec Pseudo-Isidorum (847—848).	
2. Ecclesia romano-catholica pollet apostolicitate doctrinae ac fidei ratione facti (848—849).	
<i>Coroll. I.</i> Ergo Ecclesia romano-catholica non defecit iam primis saeculis a Christi doctrina (849). — <i>Coroll. II.</i> Ergo haec Ecclesia doctrinae verae est testis, custos, magistra, doctor, iudex, interpres (849). — <i>Coroll. III.</i> Ergo sedes Romana est prae aliis sedes apostolica (850). — <i>Coroll. IV.</i> Ergo saltem moraliter certum est, unumquemque R. Pontificem iure divino esse Petri successorem (850—851). — <i>Coroll. V.</i> Ergo ad unumquemque R. Pontificem applicari possunt verba Mt 16, 18; Io 21, 15 sq; Lc 22, 32 (851). — <i>Coroll. VI.</i> R. Pontifex est Christi vicarius sensu eminenti (851—852). Attributatne hic titulus R. Pontifici divina attributa (852—857).	
<i>Schol. I.</i> Secure firmiter credere possumus, quidquid Ecclesia credendum proponit (857—858). — <i>Schol. II.</i> Romanus episcopatus et praefectura totius Ecclesiae non sunt duo episcopatus (858). — <i>Schol. III.</i> Recte concilium Vaticanum R. Pontifici attribuit plenam, supremam, ordinariam, immediatam, universalem potestatem (858—863). — <i>Schol. IV.</i> Quo iure, divino an humano, Petrus primatum suum cum episcopatu Romano potius quam cum alterius urbis coniunxerit (864 sqq.). 1. De sententia humanum ius statuente. Num, si haec sententia vera sit, sedes primatialis cum alio episcopatu coniungi possit ab Ecclesia R. Pontifice renuente, num ab ipso R. Pontifice? (864—866.) 2. De sententia divinum ius statuente, et quibus rationibus ea nitatur (866 ad 870).	
Thesis XVII. Omnes religiosi christianorum coetus ab Ecclesia romano-catholica separati apostolicatis nota carent	870
<i>Prob. thesis.</i> Deest illis coetibus	
1. apostolicitas a) et successionis ob defectum centri apostolicitatis, et regiminis ob regimen magistratibus civilibus traditum (870—871); b) missionis, quia α) ordinariam missionem nec habent immediate ab apostolis, nec mediate a catholica Ecclesia nec a populo (871 ad 872); β) extraordinaria autem missio divina nec fit, nec eam se habere probare potuerunt vel reliqui coetus vel protestantium reformatores (872). Imprimis vero successu praedicationis reformatorum ea non probatur (873—875), nec miraculis probata est, quorum necessitatem agnoscebant reformatores (875—876), nec testimonio S. Scripturae (877);	
2. originis apostolicitas immediata et mediata (877);	
3. doctrinae apostolicitas a) ratione iuris, cum careant infallibili magisterio; b) ratione facti (878). Frustra recurrent ad praecursores reformationis atque ad S. Scripturam (878—880).	
§ 23. Applicatio notae unitatis	880
Thesis XVIII. Ecclesia romano-catholica integra quoque unitatis nota potitur	880
<i>Prob. thesis.</i> Potitur scil. illa Ecclesia	
1. unitate regiminis. Habet enim a) regimen sacrum, quod est unitatis principium in se semper unum; hoc vero numquam divisum fuit, nec tempore schismatis 1378—1417, nec tempore S. Chrysostomi (880—882); b) huic autem unitatis principio reliqua Ecclesia unitar oboedientia (882—884);	

	Pag.
2. unitate fidei et doctrinae et iure et facto (884—886). — <i>Nec obstant sententiarum theologicarum varietas, erroneae theologorum quorundam sententiae, iansenistarum in Ecclesia toleratio, multorum catholicorum incredulitas</i> (886—888); <i>Ecclesiae conniventia tempore schismatis Istrici vel in lite de libris Carolinis</i> (889—891), <i>incertitudo de oecumenica indole quorundam conciliorum, leges disciplinae inter se contrariae vel infallibilitas R. Pontificis olim non ab omnibus agnita</i> (891—892);	
3. unitate communionis (892—894);	
4. unitate cultus (894).	
<i>Coroll. I.</i> Unitas Ecclesiae non efficitur coactione (894). — <i>Coroll. II.</i> Nec „altiore unitate“ perficitur (895). — <i>Coroll. III.</i> Varietas sectarum laudanda non est (895).	
Thesis XIX. Nulli religioso christianorum coetui, qui ab Ecclesiae romano-catholicae communione separatus est, unitatis nota plene ac vere competit	896
Non enim habent illi	
1. unitatem regiminis. Carent enim a) unitatis principio, b) oboedientia erga regimen deest (896—898);	
2. unitatem doctrinae et fidei. Hanc enim a) iure numquam habent, nam a) carent unitatis principio (899), quod suppleri non potest nec S. Scriptura, nec articulorum fundamentalium distinctione, nec symbolis fidei vel fidei confessionibus (899—902); β) statuerunt ea principia, quae necessario dissensum efficiunt, nam ex defectione orti sunt et proclamarunt omnimodam libertatem sentiendi (902—907); b) facto unitatem fidei non habent (907—908);	
3. unitatem communionis (908);	
4. unitatem cultus essentialiem (908—909).	
<i>Coroll.</i> Protestantium principia pugnant cum conceptu Ecclesiae vel societatis (909).	
§ 24. Applicatio notae catholicitatis	909
Thesis XX. Ecclesia romano-catholica eaque sola semper insignita erat et adhuc est etiam catholicitatis nota	909
<i>Prob. thesis pars I.</i> Catholicitas Ecclesiae romano-catholicae soli iure competit. Atque	
I. competit ei catholicitas iure, nam 1. competit ei munus se diffundendi; 2. habet in se nullum impedimentum se diffundendi (909 ad 910), sed 3. aptitudinem summam: de missionum catholicarum perpetuitate et fructibus; de missionariorum zelo (910—914);	
II. soli huic Ecclesiae competit ea catholicitas (914 sqq); de protestantium missionibus (916—921).	
<i>Prob. thesis pars II.</i> Catholicitas Ecclesiae romano-catholicae soli facto competit.	
I. Competit ei facto (921—922);	
II. soli ei competit facto (922—924); ariani num catholicos numero superarint (924—927).	
<i>Coroll.</i> Nomen romano-catholicae Ecclesiae legitimum est (927).	
§ 25. Applicatio notae sanctitatis	928
Thesis XXI. Ecclesiae romano-catholicae denique etiam tota sanctitatis nota competit	928
Competit enim ei	
I.—III. sanctitas originis et institutionis, auctoris, essentiae (928);	

- IV. sanctitas 1. regiminis et magisterii, quae non destruitur personali indignitate quorundam R. Pontificum et episcoporum (928—930); 2. doctrinae et fidei (930—932), contra quam iniuria obiciunt: a) ex Ecclesiae doctrina haereticis fidem non esse servandam (932—934); b)—d) arbitrarie Ecclesiam iuramenta dissolvere; permettere concubinatum, et laxas in re morali sententias (934—936), e) docere eam iniuste persequendos esse homines religionis causa, at a) qui non sunt christiani, eos Ecclesia vult non cogi ad christianam religionem (936—938); β) aduersus eos, qui defecerunt a catholica Ecclesia, nullo crudelitatis sensu ducitur (938—942). De inquisitione (942—946); de episcoporum iuramento: haereticos persequar (946—947). — Ecclesiae competit
- V. sanctitas finis, ubi de Ecclesiae „dominationis cupiditate“ (947—948);
- VI. sanctitas subsidiorum, quibus utitur ad hunc finem consequendum (948 sqq.). Sunt autem haec subsidia: 1. sanae doctrinae propositio (948—950); 2. virtutum variarum praeceptio, quae ut revera colantur, adiuvat vario et efficaci modo (950 sqq.). Ostenditur praecipue, quantae efficaciae sint confessio sacramentalis (952—956), et ordines religiosi (956—958), contra quos quae obiciantur (958—964);
- VII. sanctitas vitae internae et externae (964 sq), contra quam scientia statistica adeo non reclamat, ut eam suo testimonio confirmet (964—970);
- VIII. sanctitas heroica in quibusdam omnibus temporibus sociis suis (970 sq), ubi de canonizationis processu (971—973); catalogus canonizatorum (973—975);
- IX. sanctitas ratione miraculorum (975 sqq.). Do miraculis primorum saeculorum (975—979), S. Bernardi (979—980), de miraculis, quae constant ex processibus canonizationis (980—982). Frustra obiciunt fabulosa esse omnia haec, id quod ostendi dicunt ex vitis conscriptis S. Ignatii et Francisci Xaverii (982—985).

Thesis XXII. Contra nota haec sanctitatis tota nulli prorsus religioso christianorum coetui ab Ecclesia romano-catholica separato convenit . . .

985

Nam deest illis

- I. sanctitas originis (985);
- II. sanctitas auctorum. De Photio (985—987); Henrico VIII (987 ad 988); Luthero (988—1006, ubi imprimis 989 sqq de eo, quod iniuria se legatum divinum dabat); de Zwinglio (1006—1013); de Calvino (1013—1024).
- III. sanctitas ratione essentiae (1024);
- IV. sanctitas 1. regiminis et magisterii (1025); 2. doctrinae et fidei (1025 sqq.). Docuerunt enim reformatores falsa v. g. papam esse antichristum (1025—1026); peccato originali naturam hominis esse plane corruptam (1026—1027); et libertatem arbitrii destructam (1027—1031); Deum praedestinasse quosdam ad aeternum interitum (1031—1034); nullum bonorum operum meritum esse (1034—1038); catholica doctrina meritum Christi obscurari (1038—1039). De morum corruptione ex reformatorum doctrina secuta (1039 ad 1041). — Lutheri vitae christiana documenta (1041 sqq.): christianum solutum esse ab omni lege (1041); „pecca fortiter“ (1041—1042); de polygamia quid senserit (1042—1043); tentationum vincendarum industriae (1044);

	Pag.
V. sanctitas finis (1044—1045);	
VI. sanctitas subsidiorum (1045—1046);	
VII. sanctitas vitae externae et internae (1046—1052);	
VIII.—IX. sanctitas quorundam membrorum eximia et miracula (1052 sqq). 1. De protestantibus eorumque martyribus (1052 ad 1053); 2. de schismaticis, possintne sancti et miracula apud eos inveniri (1053—1054); num revera apud eos habeantur sancti (1054—1056) et miracula (1056). De miraculis apud pristinos haereticos et iansenistas (1057—1058).	
<i>Coroll. I—II</i> (1058).	
§ 26. Conclusio	1058